

Curatus beneficio prædicet laitem domini-
cis, & sollemnitatibus diebus, & doceat ne-
cessaria.

Ante 14. annum nullus obtineat beneficium.

In minoribus constitutus non gaudeat pri-
uilegio fori nisi habeat beneficium, vel in semi-
nario, vel i chola quasi in via ad sacros sit.

Archidiaconus (qualis intelligatur, vide
ibi) non sit nisi magister, vel incentiatus in
Theol, vel canonibus, & non aliter.

Reliquæ dignitates nō conferantur nisi con-
stitutis in anno 22.

Prouisi beneficiis curatis infra 2, menses à
die possessionis, profiteantur coram Episcopo,
vel eius vicario fidem catholicam. Ita etiam
prouisi canonicatu, & dignitate, coram Capi-
itulo presente Episcopo, vel eius Vicario profi-
teantur, alioqui non faciant fructus suos.

Pro qualitate dignitatis accipiendæ debet
esse ordinatus, ut canonicatus sacerdotio.

Habentes huiusmodi dignitates possunt ab
esse per tres menses ab Ecclesia. In episcopatu-
m vbi tantum sunt 1000. aurei, & in parochia
vbi tantum 100. non ponendæ pensiones, vel
reseruationes.

Vbi non sunt, erigantur, vel dividantur pa-
rochiae.

Pro conscientia disponatur demissis, secun-
dum electosynas.

Quarta parochialis solita persolui ante an-
nos 40. soluantur etiā si sit cœcessa monasterio.

Accessus, & recessus cuius coadiutoria suc-
cessione non concedatur nisi in Episcopatu &
Abbatia.

Nullæ